

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 3966

**Auteur(s) :** Philippe III le Hardi, France (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Pont-de-l'Arche, Notre-Dame de Bonport (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1284, novembre

**Lieu d'émission :** Paris

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Philippe III le Hardi amortit les acquisitions faites par les religieux de Bonport.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 1038, p. 269-270.

b. Andrieux Jules, *Cartulaire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Bon-Port de l'ordre de Cîteaux au diocèse d'Évreux*, Évreux, Hérissey, 1862, n° CCCXXV, p. 335-336.

Texte établi d'après b

Philippus, Dei gracia, Francorum rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod cum abbas et conventus de Bono Portu, Rothomagensis dyocesis, finaverint cum ballivo nostro Rothomagensi, recipiente pro nobis, super retinendis perpetuo sibi et ecclesie sue quibusdam acquisitis per ipsos, in feedis et retrofeodis nostris que sunt hec : videlicet, ex dono Roberti Trianon, in parrochia de Collemare, tres acre terre ; item, ibidem, unum masagium ; item, ibidem, quatuordecim acre terre ; item, ibidem, duodecim acre terre ; item, ibidem, septem virgate terre ; item, ibidem, due acre terre, que tenentur a domino de Mansigneio ; item, ibidem, due acre terre ; item, ibidem, viginti septem solidi per annum redditus super pluribus terris ; item, ibidem, septem solidi cum una mina ordei, super pluribus terris annui redditus ; item, ibidem, duodecim denarii per annum redditus, cum uno capone ; item, ibidem, quatuor solidi redditus ; item, ibidem, duo solidi annui redditus ; item, apud Yquebeuf, viginti quatuor solidi annui redditus ; item, in parrochia Sancti Godardi de Rothomago, una domus cum pertinenciis, valens centum solidos annui redditus ; in parrochia de Tourville, ex dono Johannis Papeillon, quinque solidi annui redditus ; item, in parrochia Sancti Godardi de Rothomago, ex venditione cujusdam fratris Johannis de Lovetot, super quadam domo que fuit dicti Johannis, sex solidi et novem denarii redditus ; item, in parrochia Pontis Arche, ex dono decani Lexoviensis, una domus sita juxta cimiterium Pontis Arche ; item, ex venditione sororum Nicholai de Sahurs, super quadam pecia terre sita in vicecomitatu Pontis Arche, in loco qui dicitur la Basse Sentele, quindecim solidi annui redditus ; item, ex dono magistri Roberti Lathomii de Ponte Arche, una carreria ad lapides capiendum, sita juxta peciam terre venditam per sorores predicti Nicholai de Sahurs ; item, in vicecomitatu Ponti Arche, in feodo Almaurici Recuchon, una acra terre ; item, ex venditione Guillelmi Flotte, apud Lereium, novem solidi redditus ; item, ex dono Thome de Valle, apud Pontem Arche, quatuor solidi redditus ; item, ex venditione Gaufridi Havart, apud Lereium, quindecim solidi redditus ; item, ex dono Juliani de Supra Rippam, viginti quatuor solidi redditus ; item, ex venditione Johannis Le Cras, unus modius vini redditus ; item, ex venditione Johannis Burnel, viginti

solidi redditus ; item, ex venditione Guillelmi Flote, novem solidi et octo denarii redditus ; item, ex venditione Guileberti Horie, quinque solidi redditus ; item, ex venditione Johannis Rabel, in parrochia Beate Marie de Valle Rodolii, quindecim solidi redditus ; item, ex venditione Galteri Le Rous, duo solidi et sex denarii redditus ; item, ex venditione Rogeri de Cravilla, in parrochia Sancti Cirici, quatuor solidi redditus ; item, apud Vauvreium, ex dono Mathei Anglici, viginti quatuor solidi redditus ; item, ex venditione Odonis Anglici, sex solidi annui redditus ; item, ex dono Radulfi Soein, apud Cravillam, quatuor solidi redditus ; item, ex dono Garini de Jardino, decem et septem solidi redditus ; item, ex dono Lucie de Lymeo, juxta Pontem Arche, duo solidi redditus. Nos, dictam finiationem ratam et gratam habentes, volumus et concedimus, quantum in nobis est, quod dicti abbas et conventus et eorum ecclesia dicta acquisita tenere possint in perpetuum et pacifice possidere, sine coactione vendendi vel extra manum suam ponendi, salvo in aliis jure nostro et jure in quolibet alieno. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Actum Parisius, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto, mense novembri.